Numéro Scripta : 3356

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Renaud de Dammartin, Boulogne (comte)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : [1211, septembre]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

(Lettre de Philippe II adressée à Renaud de Dammartin, comte de Boulogne.) Le comte a proposé au roi de venir pour lui rendre le château de Mortain et sa forteresse entre le 8 et le 15 septembre. En répondant à ce message, le roi annonce au comte de Boulogne qu'il marche sur Mortain et traverse les terres comtales. Il réclame les fiefs et forteresses qui se trouvent sur son itinéraire, excepté le château de Mortain qu'il n'exige pas avant le 15 septembre. Il accorde au comte une lettre patente pour son sauf-conduit s'il vient avant cette date pour lui rendre le château.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 228, p. 36.
b. Boussard Jacques, Monicat Jacques, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 3, années du règne XXVIII à XXXVI (1er novembre 1206-31 octobre 1215), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 7), 1966, nº 1203, p. 313-314.

Dissertation critique

« 1211, début de semptembre » : datation proposée par SARAMAN/MONICAT/BOUSSARD, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 3, p. 313 (n. 1).

Texte établi d'après a

Mandavistis nobis per nuncios vestros, quod, si daremus vobis conductum, veniretis ad nos, propter reddendum nobis castrum Moritolii et fortericiam ejusdem castri, infra octabas hujus Nativitatis Beate Marie, et propter faciendam voluntatem nostram. Ad quod, sciatis quod nos vadimus versus Moritolium, et non possumus transire nisi per terram vestram, et in itinere nostro requiremus feoda nostra et fortericias, et, si vetite fuerint nobis, nos posse nostrum faciemus de illis capiendis, preterquam de castro Moritolii, quod non requiremus neque obsidebimus, propter malum faciendum, donec die jovis in octabis hujus Nativitatis Beate Marie ; preterquam de hoc quod, quia nostri homines mandaverunt quod gentes vestre cogebant milites intrare in castrum, et capiebant predas, et comburebant terras illorum qui nolebant intrare, mandavimus hominibus nostris, quod ita illos arctarent et curtos tenerent, quod predas non possent capere, nec terras comburere, nec munire fortericiam contra nos ; et si vos illud infra predictum diem reddideritis, quando de eo saisiti fuerimus, bonum consilium habebimus secundum usus et consuetudines Francie et Normannie faciendi, quod nullam injuriam adversus vos habebimus, et si vos vultis

venire ad nos propter illud castrum reddendum infra predictum terminum sine occasione et dilatione, nos mittemus elemosinarium nostrum propter vos conducendum cum litteris nostris patentibus.

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 20/05/2024